

213.

259.

Disputatio IV.

DE MODO AD QVIRENDI
DOMINIVM PER ADGESSIO-
nem discretam.

QVAM

A. C. E. D. C.

S V B

PATROCINIO

ERVDITIONE

ET DOCTRINA VIRI CLARISSI-
MI D. HENRICI BOCERI SALCATENI,
Iurisscientissimi, Doctoris & Professoris in incluta Tubingen-
sium scholâ sollertissimi, Præceptoris sui sempi-
ternum colendi,

Tutorias evanæ, tempore, hora, locoq; solitis secundum succisam
animi sui supellectilem

defendendam suscipiet

M. IOANNES IACOBVS PLEBST,
Stutgardianus Charitinus.



TUBINGÆ,

Typis Georgij Gruppenbachij.

ANNO M. D. XCIX.

VI. Poissinque

Quare sicut oculis

oculis

3. Q. 3. A.

4. O. T. I. A.

5. A. P. C. A. P.

6. T. A. S. F. S. A. M.

7. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

8. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

9. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

10. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

11. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

12. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

13. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

14. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

15. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

16. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

17. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

18. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

19. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

20. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

21. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

22. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

23. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

24. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

25. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

26. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.

27. S. A. D. I. T. A. S. F. S. A. M.



260.

Disputatio IV.

DE MODO AD QVIRĒN DI DOMINIVM PER ACCESSIONEM DISCRETAM.

THEISIS I.

IRANSEUNDVM NOBIS MODO AD EVM ADQUI-
rendi dominij modum, qui accessione continetur. Acces-
sio est, qua rei nostræ, tanquam principali, res alia adi-
citur: atque ipsa adiectione nostra efficitur. (a) Estque alia
discreta, alia continua siue concreta.

a) Per c. accessorium. de R. I. in 6. l. in rem. 23. §. item quæcumq; ff. de R. V. &
eos Iurius textus, quos sequentibus adiçimus thematis.

II.

Discreta accessio est, qua res quædam, sine connexione, aut vni-
one rei nostræ adiçitur. Estque tum partus ancillæ, vel fructus; tum in-
sulæ fluviaticæ, vel rei commixtæ.

III.

Accessio partus ancillæ est, qua partus ancillæ adquiritur illi, cuius
est ancilla propria.

§. In pecudum fructu v. partus verò ancillæ. Inst. de R. D. §. serui autem, aut
nascuntur Inst. de Iur. person. l. vlt. ff. de adquir. rer. dom. l. partum ancillæ. 7. C. de
R. V.

IV.

Accessio fructus est, qua fructus rei nostræ, vel quam bona fide
possidemus, dominio nostro adiçitur.

V.

Quadruplex autem in primis circa fructus accessionem inspectio
incurrit: Vna, quid & quotuplex sit fructus: altera, quos fructus pro-
prietatis dominus suos faciat: Tertia quos fructus faciat suos alienæ rei
possessor. Quarta quo iuris remedio dominus petat fructus, quos pos-
sessor suos non facit.

i 2

Fructus

C L A S S I S I I I I .

V I .

Fructus est accessio (a) rei, (b) quæ vel ex ipso rei corpore, vel eius occasione ad utilitatem hominis prouenit. (c)

a) l. Imper. 50. in fin. ib. ex accessionibus hereditarjjs. ff. Ad SC. Trebell. Iacob. Cuiac. in par. 61. ff. de usur. Ob. l. 2. §. 1. ib. fructus & accessiones. ff. de in diem ad dict. l. si seruus 61. §. Idem dicendum ib. accessiones & fructus ff. de furt. (b) partus ancillæ fructus non est d. §. in pecudum v. partus vero ancillæ. Inslit. de R. D. l. vetus 68. ff. de usufr. l. in pecudum. 28. §. 1. ff. de usur. l. ancillarum. 27. ff. de petit. hered. l. mulier. 22. §. sed enim. ff. Ad SC. Trebell. (c) l. pen. ff. de usu. & usur. legat.

V I I .

Fructus vel naturalis est vel ciuilis. (d) Naturalis fructus est, qui ex ipso corpore producitur. (e) Estque duplex; Alius sponte, per se, & citra hominis notabilem industriam prouenit, vt pomum, pyrum, herba, lignum, & similia. Alius hominum operis potissimum prouenit, puta cultura ac cura, & serendo, vt frumenta, legumina, &c. (f) Ille simpliciter Naturalis, hic industrialis vulgo appellatur. (g)

d) l. 62. in pr. ib. non natura prouenit, sed iure percipitur. ff. de R. V. l. fructus. 45. ib. ex re. ff. de usur. (e) l. usura pecuniae. 121. ff. de V. S. d. l. 62. in pr. ff. de R. V. (f) d. l. fructus 45. ff. de usur. §. si quis autem a non domino. Inslit. de R. D. l. bonæ fidei. 48. in pr. ff. de adquir. rer. dom. (g) Molin. ad consuetudin. Parisiens. d. §. 1. vbi gl. n. 33. Pet. Costal. ad d. l. fructus 45. ff. de usur. Arius Pinel. ad l. 2. C. de rescid. vendit. p. 2. cap. 4. n. 52. At Coras. lib. 5. Miscellan. cap. 9. hanc Interpp. distinctionem rejecit; quod minimè probatur Men. lib. 2. de arbit. iudic. Cent. 3. Cas. 210. vt nec Pet. Costal. aut Pinel.

V I I I .

Naturali autem vel industriali fructui accenseri num debeat vua, lana, lac, fœtus pecudum, dubitatur. Nos industrialem fructum dicendum existimamus.

Per l. fructus. 7. §. Non solùm ib. quo curantur. ff. Solut. matrim. Confirmat eandem hanc conclusionem text. in l. in pecudum 28. in pr. ff. de usur. & in l. 4. §. lana. ff. de usucap. Vid. Pinel. & Men. citatis prius locis. & Menoch. Tractat. de recuperanda possess. Rem. 15. n. 577. & communiter Dd. ad l. certum. 22. C. de R. V. Bart. & Costal. ad l. Et ex diuerso 35. ff. de R. V. Quibus omnibus contradicit Ioan. Copus Tractat. de fruct. lib. 1. Tit. 2. cap. 2.

Ciuilis

26

IX.

Civilis fructus est, qui iure percipitur, non ex ipso rei corpore, sed ex alia causa; qualis fructus est usura, pensio merces, vectura iumentorum, ceteraque obuentiones, quas Iurisconsulti, pro fructibus accipiunt, (a) & vicem fructuum obtinere dicunt, (b) vnde a fructibus separari hi ciuiles fructus non debent. (c)

a) l. usura pecuniae 125. ff. de V. S. l. prædiorum. 36. ff. de usur. (b) l. usuræ. 34. ff. d. t. (c) d. l. usuræ. 34. ff. eod. tit. vid. Cuiac. lib. 18. obseruat. cap. 3. Br. ad l. vlt. ff. de iur. fisc. hos fructus simpliciter industriales vocat. Bl. ad l. si traditio. 4. in fin. C. de Act. empt. appellat hos fructus industrialissimos.

X.

Alio modo diuiduntur fructus in futuros, in pendentes, in perceptos, in non perceptos, & consumptos. Futuri fructus sunt, qui nondum producti aut formati, sequenti tempore prouenturi sperantur. (a)

a) l. Necemptio 8. in pr. ff. de contrah. empt. l. Quod in rerum nat. 24. ff. de leg. l. & que nondum sunt 15. ff. de pignor. & hypoth. l. 73. in pr. ff. de V. O.

XI.

Pendentes fructus dicimus, qui iam quidem nati & formati sunt, sed nondum de re ipsa percepti; ut qui nondum sunt collecti, sed terra adhuc continentur, siue terræ, viti, arborium cohærent, (a) cuiusmodi fructus aliâs fructus stantes appellantur. (b)

a) l. fructus pendentes 44. ff. de R. V. l. arboribus euulsis. 27. ff. de usuf.
(b) l. fructus. 7. §. interdum. ff. solut. mat. l. si apes. 26. ff. defurt.

XII.

Percepti fructus appellantur, quos quis iam adeptus est, ut si iam separati sunt ab ea re, vnde percipiuntur, quamuis adhuc humiliant, nec ex illis species aliqua facta sit.

l. in ædibus 9. §. Ex rebus. ff. de donat. l. si eius 78. ff. de R. V. l. quis cit. 25. §. l. ff. de usur. l. si fructuarius messem. 13. ff. Quib. mod. usuf. amitt.

XIII.

Fructus non perceptos vocamus, qui quidem acquisiti non sunt, honeste tamen percipi potuerunt.

l. fructus non modo percepti. 33. ff. de R. V. l. cum legatus. 39. §. fructus. ff. de leg. l. Corpus de fructib. lib. l. Tit. 3. cap. 10. & u.

CLASSIS IIII.

XIV.

Consumptos fructus appellamus, qui amplius apud ipsum, qui eos percepit, non extant.

§. si quis autem à non domino. Instit. de Rer. Diuis.

XV.

VIDEAMVS nunc, quos fructus faciat suos proprietatis dominus, qui plenum rei dominium habet. (a) Est autem hīc ea tenenda iuris regula. Quod ex meo natum est, meum est, siue sit animal, siue prædium sit, vnde prouenit. (b)

a) Nudæ. n. proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet, fructus nullus intelligi potest. l. Videamus. 19. in pr. ff. de vñsur. (b) §. Item ea quæ ex animalibus Inst. de R. D. l. 2. l. item quæ. 6. ff. de acquir. rer. dom. l. qui scit. 25. in pr. & §. 1. ff. De vñsur. l. solum. 49. §. 1. ff. de R. V.

XVI.

Hic tamen masculum animal non spectamus, sed id quod fœtum edidit. Si enim equam meam, equus tuus prægnantem fecerit, non est tuum sed meum, quod natum est.

l. Idem Pomponius. 5. §. Idem scribit. ff. de R. V. l. partus. 7. C. eod. tit. l. vlt. ff. de acquir. rer. dom. d. l. qui scit. 25. in pr. ibi. omnis fructus non iure seminis, sed iure soli percipitur, & §. 1. ib. in percipientis fructibus, magis corporis quam seminis ius aspicitur. ff. de vñsur.

XVII.

Quod si pendeat fructus, indistinctè pertinent ad proprietarium, licet à bonæ fidei possesso雷 sati fuerint, & ad maturitatem usque culti. (a) Cum fructus pendentes pars fundi videantur, (b) proindeq; eodem iure, quo totum censi debent. (c)

a) l. si fundi. 53. ff. de R. V. l. qui scit. 25. ff. de vñsur. (b) l. fructus. 44. ff. de R. V. (c) l. si quis. 7. in pr. ff. de except. rei. iudic. l. in toto. 113. ff. de R. I. l. Quæ de tota. 76. ff. de R. V.

XVIII.

Quod attinet possessorem rei alienæ, separandus hic est bonæ fidei possessor, à malæ fidei possesso雷. Possessor enim malæ fidei, nullos fructus suos facit, sed eos omnes domino restituere tenetur, (a) siue titulum possessionis suæ habeat siue non, (b) siue fructus naturales sint, siue industriales, siue ciuiles, (c) siue extent siue consumpti sint, (d) siue percepti fuerint siue non, honestè tamen percipi potuerunt, (e) Quo casu spectanda est domini persona, non possessoris, &

in

282

D I S P U T A T I O IV.

In tantum condemnandus malæ fidei possessor, quantum dominus honestè percipere potuisset. (f)

a) l.certum. 22.C.de R.V. (b) l. ait prætor. 10. §. per hanc. ff. Quæ in fraud. credit. l.fructus. 33. & l. si nauis. 62. §. vlt. ff. de R.V. l. i. in fin. C.de petit. heredit. §. & si in rem. vers. Illorum aut fructuum. Inst. de off. iud. l. 2.C. de fruct. & lit. expens. qui textus omnes generaliter & indistincte loquuntur. (c) l. domum. 5. C. de R.V. (d) §. si quis à non domino. Inst. de Rer. Diuif. l. 3. C. de condic. ex leg. (e) §. & si in rem vers. illorum autem. Inst. de off. iudic. l. fructus. 33. l. si nauis. 62. §. vlt. ff. de R.V. & l. i. vbi Cuiac. C. de fid. & iur. hastæ. lib. 10. (f) d. l. si nauis. 62. §. vlt. ff. de R.V. l. cum seruus. 39. §. fructus autem. ff. de leg. 1.c. grauis ext. de restit. spoliat. Menoch. de recuper. possess. Rem. 1. n. 414. & seqq. Duaren. ad tit. de Naut. fæn. Donel. lib. 20. comment. cap. 5. pag. 414.

XIX.

Quin etiam quod in honeste malæ fidei possessor, ex re aliena percepit, veluti ex lupanari domino restituere tenetur.

l. ancillarum. 27. & l. seq. l. si possessor. 52. l. cum hereditas. 56. ff. de petit. heredit.

XX.

Heres quoque malæ fidei possessoris, ad restituendos fructus capi potest.

l. 2.C.de fruct. & lit. expens. l. vitia. 11.C. de adquir. vel amitt. possess. fac. §. diutina v. Quod si ille initium. Inst. de vsucap. l. 4. C. de præscript. long. temp. l. cum heres. 11. ff. de Diuers. & temp. præscript. Men. de recip. possess. Rem. 15. n. 618.

XXI.

Vxor tamèn & vir ex re donata, fructus percipiendo suos facit, quos suis operis acquisierit.

l. fructus. 45. ff. de vsur. l. de fructibus. 17. ff. de donat. inter vir. & vxor.

XXII.

Est & illud hîc notandum, quod, qui bona fidei possessor ab intio est, malæ fidei possessor incipit esse, ex eo tempore, quo resciuit, rem esse alienam, proindeque ex inde perceptos fructus suos non facit.

l. Qui bona. 23. §. Tamdiu l. Quæ situm 40. & l. bona fidei. 48. §. in contrarium. ff. de adquir. rer. dom. Obstar. videtur l. 2. C. de fructib. & lit. expens. & l. qui scit. 25. §. vlt. ff. de vsur. Baro ad §. si quis à non domino Inst. de rer. diuif. existimat hanc

603-

contrarietatem, sine manifesta calumnia conciliari non posse. Cuiac. aliud de ea iudicium est in not. ad d. §. si quis à non domino: Inst. d. t. & ad African. tractat. 7. in explicat. d. l. Quæsum. 40. ff. de adquir. rer. dom. Aliud item Herman. Vulteij lib. disceptat. scholasticar. cap. vlt. pag. 236. & seqq.

X X I I .

Cæterum bonæ fidei possessor, suos facit fructus naturales perceptos, quos suis operis, hoc est, cultura & cura sua, putare serendo acquisiuit, & iam percepit, (a) siquidem quod ad fructus attinet, loco domini penè sit, (b) & in percipiendis fructibus idem iuris habeat, quod dominis prædiorum tributum est. (c)

a) §. si quis à non domino. Inst. derer. diuis. l. bona fidei. 48. ff. de adquir. rer. dom. l. fructus. 45. ff. de vsur. (b) d. l. bona fidei. 48. in pr. (c) d. l. qui scit. 25. §. 1. vers. porrò bona fidei. ff. de vsur.

X X I V .

Ipsa autem perceptione eiusmodi, fructus statim suos facit, bonæ fidei possessor, & quidem pleno iure, ut necesse non sit, eos, quo ad acquisitionem, consumptos esse.

l. in pecudum. 28. in pr. ib. statim pleno iure sunt bona fidei possessoris. ff. de vsur. d. l. bona fidei. 48. in pr. ib. statim vbi à solo separati sunt. l. 4. §. Lana ib. sed statim emptoris sit. ff. de vsucap. l. si eius fundi. 78. ff. de R. V.

X X V .

Etsi verò pleno iure, hos suos faciat fructus, bona fidei possessor, attamen eos extantes, & nondum consumptos, domino, rem, vnde percepti sunt, vindicanti, restituere tenetur.

§. si quis à non domino. vers. Et ideò. Inst. de R. D. §. Et si in rem. vers. si verò bona fidei. ib. neque consumptorum. Inst. de off. iudic. l. certum. 22. ib. bona fidei verò extantes. C. d. R. V. l. 4. §. post litem. ib. si eos consumpsit. ff. Finum regund. d. l. 4. §. Lana ib. si consumpti sint. ff. de vsucap. vbi conditionale illud enunciatum notandum. Atque hanc conclusionem probat quoque Cuiac. in not. prior. ad §. si quis à non domino. & ibid. etiam VV esenb. Inst. de R. D. Idem Cuiac. lib. 11. obseruat. cap. 39. & in tract. ad Afric. 7. in explicat. l. Quæsum. 40. ff. de adquir. rer. dom. Ant. Fab. lib. 4. coniect. cap. 17. & Vult. lib. discept. Scholastic. cap. vlt. Dissent. Donel. in comment. de fructib. & lib. 4. comment. cap. 26.

X X V I .

Interim quidem suos facit hos fructus hic Possessor, (a) idest, donec de re euincenda lis contestata fuerit, (b) at cùm ipsa re euicta

eos

205.

D I S P U T A T I O IV.

Eos restituere compellitur; ut proinde ante consumptionem perfectè dominus dici non possit. (c)

a) d.l.bonæ fidei. 48. in pr. ff. de adquir. rer. dom. iunct. l. arboribus. 12. §. si fur. ff. de vſuf. (b) d.l. Qui scit. 25. §. vlt. ff. de vſur.l. 2. C. de fruct. & lit. expens. d.l. certum. 22. C. de R.V.l. 4. §. 2. ff. fin. regund. (c) per l. omnes. 139. §. 2. ff. de R.I.

X X V I I.

Vt fructus qui serendo proueniunt, sic & pecudum fructus, veluti fœtus, vt agnos, hædos, vitulos, suctulos, item, lac, pilum, lanam, &c. bonæ fidei possessor percipiendo interim suos facit.

l. in pecudum 28. in pr. ff. de vſur. l. 4. §. Lana ouium. ff. de vſucap. d.l. bona fidei. 48. in pr. ibi. Sed omnes & §. & ouium fœtus. ff. de adquir. rer. dom. & §. si quis à non domino. ibi. & cura Inst. de rer. diuis. iunct. l. fructus. 7. §. non solum. ib. quo curantur. ff. solut. mat.

X X V I I I.

Merè autem naturales fructus, qui sua sponte, absque notabili cultura vel cura proueniunt, veluti lignum, pomum, pyrum, fœnum, &c. bonæ fidei possessor percipiendo interim suos non facit.

d.l. fructus. 45. ff. de vſur. Cui l. contraria videtur l. bona fidei. 48. in pr. ff. de adquir. rer. dom. De qua antinomia alij aliter sentiunt, vt appareat ex his, quæ scribit Pinel. ad l. 2. C. de Rescind. vendit. p. 2. cap. 4. n. 53. & aliquot seqq. Duar. ad tit. de Naut. fœnor. cap. Qui fructus in restitutionem veniunt. Donel. lib. 4. comment. cap. 25. pag. 290. circ. fin. Cuiac. in not. ad §. si quis autem à non domino, vbi quoque VV. esenbec. Inst. de R. D. & in 7. tract. ad African. in explicatione l. quæstum. 40. ff. de adquir. rer. dom. Anton. Fab. lib. 4. coniecturar. cap. 17. Iul. Pac. cent. 5. ἐνανποφανῶν. quæst. 45. ff. de vſur. & in not. ad d.l. fructus 45. ff. de vſur. Gothofred. in not. ad l. certum. 22. in verb. extantes C. de R.V. Herman. Vult. lib. discept. scholast. cap. vlt.

X X I X.

Quos verò bona fidei possessor, percipiendo suos non facit fructus, eos vſucapiendo, adiçere dominio suo potest.

l. 4. §. fructus & l. Lana. ff. de vſucap. Copus Tract. de Fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 7. Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vendit. cap. 4. n. 48. ad fin..

X X X.

Iuris remedium, quo dominus consequitur fructus, quos possessor suos non facit, est rei vindicatio, si adhuc extent fructus: Condicio verò si fuerint consumpti. (a) Post litem autem contestatam per-

k. cepti,

cepti, ut & percipiendi, cum illi etiam restituendi sunt, officio iudicis restituuntur. (b)

a) l. mala fide. 3. C. de conduct. ex leg. l. si pignore. 22. §. si prædo. ff. de pignorat. action. Duar. de Nautic. fæn. cap. 4. Donell. tract. de fructib. cap. 4. (b) §. Et si in rem. Instit. de Offic. iud. l. qui restituere. 68. ff. de R. V. l. certum. 22. C. d. t. Panorm. ad c. grauis. ext. de Restitut. Spoliat.

XXXI.

Sequitur de accessione insulæ fluuiaticæ. Accessio insulæ fluuiaticæ est, qua dominium insulæ in flumine natæ, sola vicinitatis ratione, absque possessionis apprehensione, eorum est, qui prope ripam, prædia possident.

Per text. seqq. enunciatis adscriptos. Dico autem D I M I N I V M, ipsa etenim possessio insulæ non adquiritur, sine occupatione. Vid. Cæpoll. in tractat. de seruit. rusticor. prædior. cap. 33. n. 12.

XXXII.

Est autem hæc insula, vel communis eorum, qui vtrinq; prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiusq; prædij, veleorum tantum, quorum prædijs ab altera parte, proximior est.

§. At Insula in flumine nata & §. seq. Inst. de Rer. diuis. l. adeò. 7. §. Insula vers. in flumine nata. l. Ergo 30. §. tribus modis & l. Insula. 56. ff. de adquir. rer. dom.

XXXIII.

Quod si verò amnis siue flumen, agrum vicinum circumfluat, eumq; ita in Insulæ formam redigat, causa proprietatis non mutatur, sed permanet is ager, cuius erat & priùs.

§. Quod si in aliqua parte. Inst. de R. D. & l. ergo. 30. §. tribus modis. ff. de adquir. rer. dom.

XXXIV.

Hinc, si, cum propior fundo tuo initio fuisset Insula, flumen relicto alueo maiore, qui inter eam Insulam fuerat, & eum fundum vicini, qui trans flumen erat, fluere cepit, inter eam Insulam, & fundum tuum, nihilominus Insula tua manet.

l. Insula. 56. §. vlt. ff. d. t.

XXXV.

Reflat discretæ accessionis species ultima, A C C E S S I O M I X T I O N I S.

284

D I S P U T A T I O N . IV.

X T I O N I S. Est autem mixtionis accessio, qua diuersorum dominorum res, eiusdem generis, saluâ singulorum corporum substantiâ, commiscentur. Ut si duorum dominorum frumentum, legumina, nummi, in vnum aceruum coniiciuntur.

§. Quod si frumentum. Inst. d. R. D.

X X X V I.

Hæc autem accessio, & mixtio rerum, fit, aut mutuo dominorum consensu, aut vnius ex dominis syncera voluntate, aut casu, aut dolo miscentis.

X X X V I I.

Mutuo dominorum consensu si fiat, singula corpora, inter diuersos istos dominos communicantur.

d. §. Quod si frumentum. Inst. de R. D. & l. Idem Pomponius. s. in pr. ff. de R. V.

X X X V I I I.

Si vnius ex dominus voluntate syncera, aut casu facta sit talis mixtio, tunc aut discerni potest, quod, & quale cuiusque fuerit corpus, puta quia vel grossius, vel albius est vnum altero: aut non potest discerni. Priori casu non fit communis aceruu ille, sed cuiusque domini res sua manet, proindeque ab eo qui totum aceruum retinet, alter suum vindicare potest, & arbitrio iudicis continetur, vt ipse æstimet, quale cuiusq; frumentum, aut res alia fuerit. (a) Posteriori casu, quo ita commista sunt corpora singula, vt discerni non possint, communis fit aceruu ille, pro quantitate cuiusq;. (b)

a) d. §. Quod si frumentum vers. Quod si casu & vers. seq. vbi Angel. Inst. de Rer. Diuis. leg. Idem Pomponius. s. in prin. ff. de Rei. V. (b) argum. leg. vsufructuarium. 62. §. 1. ff. de vsufruct. gloss. & Ang. ad d. §. Quod si frumentum Inst. de R. D.

X X X I X.

Si tamen titulo, ad dominij acquisitionem, habili, alterius rem,
k 2 quæ

quæ in mixtionem cadit, quis adeptus sit, posteriori illo casu, res ea efficitur illius tantum, cuius rei commista est.

I. si alieni. 78. ff. de solut. Donel. lib. 4. Comment. cap. 30 in fin.

X L.

Si quis dolo rem alterius, suæ rei misceat, & furti actione, & condicione conueniri potest.

Argum. §. si tamen alienam. Inst. de R. D.

F I N I S D I S P U T A T I O N I S

Q U A R T E .

Ka 3071
(3/4)

ULB Halle
003 261 573


3



sb

Bürobind. 3/1.





Disputatio IV.

MODO AD QUIRENDI
MINIVM PER ADCESSIO-
nem discretam.

Q V A M

A. C. E. D. C.

S V E

PATROCINIO

V D I T I O N E

TRINA VIRI CLARISSIL-
N R I C I B O C E R I S A L C A T E N I,
simi, Doctoris & Professoris in incluta Tubingen-
scholâ sollertissimi, Præceptoris sui sempi-
ternum colendi,

*es ἔντα, tempore, hora, locoq, solitis secundūm succisam
animi sui supellectilem*

defendendam suspicet

IOANNES IACOBVS PLEBST,
Stutgardianus Charitinus.



T V B I N G Å,
pis Georgij Gruppenbachij.

ANNO M. D. XCIX.